

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Senectus p
cum uariis

Quid stolidius fieri potest, si mens ad perfectionem festinare non contendat, quando tocius corporis habitu senectute confectus homo ad interitum properat? Dum oculi caligant, aures grauiter audiunt, capilli fluunt, facies in pallorem mutatur, dentes lapsi numero minuuntur, cutis arescit, flatus non suauiter olet, pectus suffocatur, tussis cachinnat, genua trepidant, talos et pedes tumor inflat. Homo interior qui senescit hiis omnibus aggrauatur, et hec omnia ruituram iam iamque domum corporis cito prenunciant.

Cyprianus ibidem.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

suffocatur] suffocatus (*cor. intra*) B; genua] genuat L¹; senescit] foenescit L²; hec] hic C;
iamque *om.* P V¹ V² L¹ L²; domum] nostri *add.* P V¹ V² L¹ L²; prenunciant] pronuntiant P V¹
V²; Cyprianus *om.* L²; ibidem V² L¹